



**ECCLESIASTICAE || DISCIPLINÆ || LIBRI SEX: || DE  
CANONICA ET MO- || nastica Disciplina collapsa  
restau- || randa, pristinoque nitori || restituenda. ||**

**Schulting, Cornelius**

**Coloniae Agrippinae, 1599**

**VD16 ZV 14233**

4. De deploranda neglectione Disciplinæ Ecclesiastice in Ecclesia  
Catholica.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63372)

Prou. ca. 5. Cur detestatus sum Disciplinam & increpationibus non acquieuit cor meum, nec audiui voces docentium me, & magistris non inclinaui aurem meam. & in fine ca. 5. Iniquitates suas capiunt impium & funibus suorum peccatorum constringitur ipse morietur quia non habuit disciplinam & in multitudine stultitiæ suæ decipitur, aduersatur Discipl. colare culicem & deglutire camelum parna emendare, magna negligere.

## CAPVT IV.

*De neglectione Disciplina in Ecclesia.*

**F**idei maiorem curam esse in Ecclesia quàm morum Stapletonus conqueritur in Oratione de Hæresi. Vitia Prælatorum causæ persequutionis Ecclesiæ in Comm. Harm. Euang. to. 2. Beauxamis fol. 629. b. & 631. & ob neglectam disciplinam Canonicam vilescit ordo Ecclesiasticus, ibid. f. 28. b. 29. a. Sacerdotium continet regnum, exciso sacerdotio excinditur regnum, translatio regni translatio sacerdotij, timendum regno cum se sacerdotes indignè gerūt. ibi. 28. b. Calvinus in c. 7. Oseæ: In Papatu nulla est doctrina quæ sit instar cauterij, vel quæ sanguinem eliciat, quoniam quiescunt Papistæ in suis fecibus, ideo non apparet eorum peruersitas, sed hoc testimonium retorqueri poterit in Calvinianos vt ostendimus supra c. 8. li. 6. & demonstrabimus latius suo tempore. Ioannes Gerson Cancellarius Parisiensis in 1. Parte operum suorum 75. recenset abusus in Ecclesia, qui oriuntur ex Disciplinæ neglectione, quem consulo quia locus paulò prolixior.

CAPVT